

BORROMAEORUM ORIGO EX VITALIANO EPIGRAMMA.

Nil summum stetit ufque diu, satisque secundis
Vidit inocciduos longius ire dics.
Summa imis superi iungunt, grandesque ruinas
Alta timent, & quae non cecidere cadent.
Quid BORROMAEOS longeva in secula florcs
Non unam video vivere chiliadem?
Nonne uno occasu sol, & flos occidit, unam
Et saepe ortus habet vitaeque, morsque diem?
An nunc fatales suspendunt sidera casus,
Et certa incertas lege dedere vices ?
Quid mirum feris si vita nepotibus adsit,
Queis ipso vitam in nomine spondet Avus?

Aloysius Lampugnani Acad. Anim.

A L I V D

Te primum natura dedit, fortuna secundum,
Vltimus es satis cum superesse queas.
Omnia solus eris, par multis plurimus unus,
Nam numeris Virtus omnibus una beat.
Namine cum tamen haud ulli, famaue secundus
Cedas, cogor adhuc dicere, primus eris .

Petrus Galaratus Acad. Anim.